

Pater praelegerat ad manifestandam divinitatem Filii sui; hic autem *situs* fuit Petrus. Quod ostendit series sermonis ipsius Christi, qui propterea adiecit: *Et ego dico tibi*, etc. (1). 2. quia Christus singulari numero alloquitur solum Petrum; 3. quod si ceteris apostolis facta est communis responsio Petri, id tantum configit per consensionem et approbationem, non autem alia ratione, ac proinde, quod consequens est ac patres adnotant, etiam per participationem et quantum communicationem facti et ipsi sunt petra et fundamentum Ecclesie per adhesionem ad petram principalem que fuit Petrus (2). Ex his etiam patet quo sensu dixerit Hieronymus: *Super omnes apostolos ex aquo Ecclesiae fortitudo solidatur* (3), quodque nobis objici solet.

Ad 3. D. Sed diversa ratione ab ea qua soli Petro clavium potestatem promisit, C. eadem ratione N. Nam reliqui apostoli quidquid accepunt, accepterunt in communi et una cum Petro; Petrus vero quidquid accepit, acceptip seorsum a reliquis ac singulariter. Hinc omne id quod ceteri apostoli etiam simul sumptu a Domino sunt consecuti, consecutus etiam est Petrus; sed non e converso id omne quod habuit Petrus solus, ceteri pariter habuerunt apostoli. Aliiquid propterea Christus contulit speciale Petro quod non contulit reliquis apostolis, id est praecidentiam atque primatum. Quo sensu scripsit s. Cyprianus de Petro: *Super illum unum edificat Ecclesiam suam, et illi pascendas mandat oves suas... ut unitatem manifestaret, unitatis ejusdem originem ab una incipientem sua auctoritate dispositum* (4); et alibi: *et una Ecclesia, et cathedra una super petram Domini vere fundata* (Epist. XL. pag. 53). Atque exinde factum est, ut apposite animadvertisit card. Duperron, ut soli romani pontifices dicantur in recto successores s. Petri et in cathedra Petri, reliqui autem episcopi in communi dicantur successores apostolorum, nemo autem singulariter dicatur successor alicuius peculiaris apostoli, et in ejus cathedra; nec

(1) Op. cit. Réplique à la réponse du Roi de la Bretagne, cap. 56. pag. 434. etiam Petrus de Marca in opere, seu Dissert. De discrimine clericorum et laicorum ex jure divino, etc. cap. 5. §. 2. hacten in rem nostram scribit: *Christus Dominus noster Apostolis omnibus et singulis in solidum Ecclesiam suam fundandam, docendam et regendam commisit, ea tamen lege adiecta, ut Petrus inter eos primatum gereret et caput esset collegii illius apostolicorum, eo fine scilicet, ut praeferre communem cum aliis curam, unitatis conservandae in exercendo regime sollicitudo praecipue et specialiter illi competeteret. Ideoque ut consilium illud Apostolis significaret, Petrum Christus veluti petram atque fundamentum ad Ecclesiam addicendum constituit. Præterea sermone ad illum eorum ceteris specialiter directo claves Ecclesiae postmodum ipsi tradendas spondit cum potestate ligandi atque solvendi. Quæ potestatio Petro facta ad ceteros quoque apostolos pertinebat et ad Ecclesiam universam ejusque pastores in futurum præficiendos, scilicet ut scirent omnes pontifici potestatem semper cum Petri Ecclesiae capituli communioni et unitate retinendam, ad quod ipse præcipue cum potestate ligandi contumaces hinc unitati cogere posset.*

(2) Cf. Card. Du-Perron loc. cit. atque ita corrunt objectiones Febronii et Ebeli aliorumque primatus Petri osorum.

(3) Lib. I. cont. Jovinian. n. 26. ubi præterea et vestigio subdit: *Tamen propterea inter duodecim unus eligitur, ut capite constituto, schismatis tollatur occasio*. Ed. Vallars. tom. II. col. 279. Ceterum, cum nonnulli protestantes animadverterint perperam detorquent in aliis sequentiis Christi verba, quod nunquam ante pertinentiam fuerat, etate hac nostra, saltem in dubium textus hujus *authentum revocare sategerunt, prout fecit Schultessius in op. Rom. abundinante*, seu *De Cœna*, etc. pag. 21. sequ. Verum insulsam prorsus opinionem risit vel ipse Breit-schneider. Cf. Roskovany *De primatu rom. Pont. Augustæ Vindel.* 1851. § 2. not. (2).

(4) *De unitate ecclesie*. ed. Maur. pag. 195.

nisi in obliquo, quatenus scilicet in communione sunt cum cathedra Petri, aliquo modo dicuntur succedere etiam in cathedra Petri cum qua sunt conjuncti mediante romano pontifice pro tempore, Petri successore (1).

Ad 4. D. Petrus et Joannes missi sunt Samariam ab aliis apostolis missione consili, suasionis ac precis, C. missione auctoritatis, N. Scilicet eadem ratione missi sunt Samariam Petrus et Joannes, qua Phineas et principes tribuum missi sunt ab Israelitis (Jos. XXII. 15. 44); et Antiochia fideles miserunt Paulum et Barnabam ad consulendos apostolos (Act. XV. 2). Ad ea igitur quæ maximi omnium visa sunt momenti peragenda, qui inter ceteros primores fuissent legati missi sunt, non quasi a majoribus minores aut ab æqualibus æquales, sed quoniam id munera obviandum postularentur. Porro cum Samaritanis in summo versarentur discriminis ob Simonis magi prestigias, idcirco Samariam missi sunt præcipui inter apostolos ad detegenda Simonis incantamenta atque ad impediri Samaranorum seductionem (2).

Ad 5. N. Siquidem hunc primatum Jacobi non evincit in primis ordo exhibitus a Paulo in epist. ad Galatas; ut enim omittam plures lectiones antiquas græcas et latinas, plures patres, Hieronymum, Chrysostomus, Theodoretum, Augustinum habere *Cephiam*, seu *Petrum*, *Jacobum* et *Joannem* (3), exploratum est s. Paulum loc. cit. non tenuisse ordinem dignitatis ac eminentiæ, sed ordinem cognitionis, quatenus scilicet cum Apostolus Hierosolymam petit, invenit omnium primum Jacobum, quia Petrus absens erat, adeoque Jacobus prius cognovit gratiam Dei quæ data erat Paulo (4).

(1) Op. cit. Réplique à la réponse du Roi de la Grande-Bretagne, cap. 56. pag. 434. etiam Petrus de Marca in opere, seu Dissert. De discrimine clericorum et laicorum ex jure divino, etc. cap. 5. §. 2. hacten in rem nostram scribit: *Christus Dominus noster Apostolis omnibus et singulis in solidum Ecclesiam suam fundandam, docendam et regendam commisit, ea tamen lege adiecta, ut Petrus inter eos primatum gereret et caput esset collegii illius apostolicorum, eo fine scilicet, ut præferre communem cum aliis curam, unitatis conservandae in exercendo regime sollicitudo praecipue et specialiter illi competeteret. Ideoque ut consilium illud Apostolis significaret, Petrum Christus veluti petram atque fundamentum ad Ecclesiam addicendum constituit. Præterea sermone ad illum eorum ceteris specialiter directo claves Ecclesiae postmodum ipsi tradendas spondit cum potestate ligandi atque solvendi. Quæ potestatio Petro facta ad ceteros quoque apostolos pertinebat et ad Ecclesiam universam ejusque pastores in futurum præficiendos, scilicet ut scirent omnes pontifici potestatem semper cum Petri Ecclesiae capituli communioni et unitate retinendam, ad quod ipse præcipue cum potestate ligandi contumaces hinc unitati cogere posset.*

(2) Cf. Card. Baroniun ad an. Christi 53. n. 10.

(3) Hieronymus, Comment. in ep. ad Gal. lib. I. cap. 2.

v. 7. 8. In Bibliotheca autem divina sequitur ordinem Vulgatae, sed cf. ibi adnotationem Vallarsi. Chrysostomus Comment. in eamdem epist. tom. X. pag. 685. Theodoretus in Comm. in cap. 15. epist. ad Rom. v. 26. tom. II. pag. 112. nec non in argumento præmisso, hujus epistola commentario tom. III. pag. 265. Augustinus, *Exposit. ep. ad Gal. tom. III. p. II. pag. 948.*

Cf. etiam Card. Du-Perron op. et loc. cit. pag. 436. Inter ceteras lectiones in quibus aliis ordo habetur diversus a Vulgata, doctus cardinalis allegat etiam textum græcum Complutensem: at eum expendi et omnino illam comperi conformem textum communum.

(4) Estius censet primo loco Jacobum nominari hic ab Apostolo ob honorem Domini, cuius erat frater; et qui

Neque preterea ejusmodi principatum Jacobi evincit ejus episcopatus hierosolymitanus. Nam licet Solymorum ecclesia prima fuerit antiquitatem, non tamen prima fuit dignitatem et magisterio; universa enim Ecclesia præstantiam dignitatis in ecclesia romana semper agnovit (1). Praclare Joan. Chrysostomus: « Quod si quis dixerit. Cur ergo Jacobus Hierosolymorum thronum accepit? Respondebo: Petrum non throni hujus, sed totius orbis doctorem a Christo statutum fuisse » (Loc. cit. ex Hom. LXXXVIII. in Joan.). et paulo post iterum confirmat Christum Petro orbem commissum (2). Ridiculum porro est quod adjicitur de successione Iesu Christi, perinde ac si Christus haberet successorem.

Ad 6. N. ad conf. D. Per speciale electionem Petri ad conversionem Judæorum, et Pauli ad conversionem gentium, neque id quidem exclusive, C. per divisionem auctoritatis N. Voluit scilicet Paulus objectis verbis significare speciale gratiam et vocacionem datum a Deo fuisse Petro ad conversionem Judæorum, sibi vero ad conversionem gentium. Id vero in sensu exclusivo Apostolus minime protulisse patet ex facto, cum et Petrus omnium primus adsereret gentiles in Ecclesiam (Act. X. XV. 7. 14), Paulus autem constanter prius prædicaret Judæis in synagogis antequam se converteret ad gentes (Ibid. XIII. XIV., etc.).

Ad 7. D. Restitut correctione fraterna quoad modum conversandi quo utcebatur Petrus, Tr. ut supra, inferiori, aut ut aequalis aequali N. Omnes autem norunt posse subditum, dummodo debita reverentia fiat, superiori commone facere, ac teneri superiori legi naturali atque divina veritati et rationi legitimæ etiam ab inferiore sibi proposito consentire atque acquiescere, prout re ipsa Petrus se gessit (1). Transmisimus porro primum distinctio membrum, cum nondum inter eruditos conveniat, num *Cephae* nomine hoc in loco veniat Petrus an alias discipulus a Petro diversus (2).

Ad 8. D. Hisce titulis Paulum cumularunt ss. patres ob magnos ejus in apostolatu exaltatos labores, C. ob ejus cum Petro aequalitatem, aut etiam præminentiam N. Nam hi ipsi patres constanter Petrum principem apostolorum et Ecclesie caput agnoverunt et profesi sunt, ut ostendimus.

Ad 9. D. Ob accidentales causas quas recensent archæologi (3), C. ad Pauli prælationem significantem aut aequalitatem cum Petro N. Atque ut alia præteream, in antiquis nummis imperatores christiani interdum occurserunt ad dexteram Deiparæ; in nonnullis vitris ac picturis Petrus ad dexteram, Christus vero ad levam visitur (4).

Ad 10. D. Ad implorandum utriusque patrocinium, C. ad parem utriusque auctoritatem tribuendam N. Merito autem utriusque patrocinium romani pontifices implorant ad munus sibi commissum rite obeundum, cum utriusque peculiares sint ecclesia romanae patroni, quam simul laboribus ac doctrina excoluerunt, mox et sanguine irrigarunt. Quod si interdum romani pontifices commemorant auctoritatem Petri et Pauli, id in sensu, ut aiunt, accommodo ad ipsorum mentem intelligi debet (5).

Ad 11. D. Id est Petro adjutorem in subeundis Romæ munib[us] episcopalibus, C. aequalem Petro ac independentem N. Ita enim mentem suam aperit Papæbrochus et mentem ss. patrum, rom. pontificum

(1) Cf. Card. Du-Perron loc. cit. pag. 437. ubi ostendit ejusmodi reprehensionem non fuisse auctoritatis sed charitatis, allegatis testimonio s. Augustini et s. Joan. Chrysostomi.

(2) Cf. Harduin in peculiari dissert. in qua *Cepha* a *Paulo* reprobatur non esse ostenditur: inter opera selecta ejus. auctoris. Amstelod. 1709. pag. 920. seqq. Vallarsi quoque in adnotationibus ad Commentarii s. Hieronymi in epist. ad Galat. lib. I. cap. 2. in Harduin sententia propendit, item Zaccaria in collectione cui tit. feicit: *Raccolta di dissertazioni di storia ecclesiastica*. Roma, 1793. tom. III. Dissert. X. *su Cefalo ripreso da s. Paolo*, pag. 202. seqq., alioquin non pauci. Antiquissima haec quaestio est, nec pauci neque ignobiles scriptores distinguunt hunc Cepham a Petro. Haec indicavit, non quod ipse hunc sententia adstipulari velim, sed eo tantum animo, ut ostenderem non esse adeo exploratum, quod pro certo adversari assumunt.

(3) Cf. Arringhium *tom. subterranea*, tom. II. Boldetti, *Osservazioni sopra i cinque de' santi martiri*, cap. 39. pag. 192. seq. Bosio, *Roma subterranea*, Roma, 1751. tom. III. pag. 195. Buonarruti, *Osservazioni sopra alcuni frammenti di vasi antichi di vetro*. Firenze, 1716. pag. 77. Cf. etiam eruditum Theophilum Raynaudum. S. J. tum in *Heteroclitis*, P. I. sect. 3. punct. I. n. 3. Opp. edit. Lugg. 1663. tom. XV. tum in opuse, cui tit. *De bicipiti ecclesia sub ss. petro et paulo*. Punct. 7. n. 4. opp. tom. X.

(4) Cf. Veith. op. cit. pag. 45. necnon Bened. Justinianum. S. J. in *omnes B. Pauli epistolæ explanationem* tom. I. Lugd. 1612. Proleg. de apostolatu, disp. I. cap. 9. § 8. 9.

(5) Cf. Theophil. Raynaudum op. et loc. cit. n. 2. qui fuisse adversus hanc jansenianorum heresim de Ecclesia bicipiti dimicat. Omnium primi illud paradoxum exocgitare Martinus de Barros in op. edito Paris. 1643. *De la grandeur de l'Eglise rom. établie sur l'autorité de saint Pierre et saint Paul*, et Ant. Arnaldus in op. *De l'autorité de saint Pierre et de saint Paul*, résistant dans le Pape leur successore. Paris. eodem anno.

et catholicorum scriptorum in asserendo romano episcopatu apostolo Paulo ad amovendam calumniam in se confitam a p. Sebastiano a s. Paulo (1).

PROPOSITIO II. — *Eadem veritas evincitur ex traditione.*

Quoniam nonnulli primatus Petri adversarii nos provocare non abnunt ad traditionem, quam se praeterea venerari profidentur, cuiusmodi praeceps sunt qui ad novam scholam Oxoniensem pertinent, ideo libenter ad eam discutiendam accedimus, tum ut patet arbitriarum hand esse textuum evangelicorum interpretationem quam catholici sequuntur, tum ut sensus antiquitatis magis elucescat, tum denique ut plenior evadat causa nostra triumphus.

Ne tamen angustos tractationis fines intra quos nos continere debemus, pretergrediamur, cumque agatur de testimonio quae omnibus pervia sunt ac vulgissima; ut alias in pari casu nos gessimus, ea ad quedam generalia principia velut in tabulam synopiticam redigamus, ut unico velut obtutu patrum hac in re doctrina conspici atque usurpari possit. In septem propterea classes sic patrum haec testimonia distribuimus.

Prima complectitur eos patres qui verba Christi Matth. XVI. de Petri persona directe intellexerunt, et ita intellexerunt ut Petro praeminentiam et auctoritatem supra reliquos apostolos a Christo collatam agnoscant; tales porro sunt XVII., ipso Launojo fatente, id est omnes patres qui quatuor prioribus sculis potissimum floruerunt, nempe Tertullianus (2),

(1) Cf. Opusc. cui tit. *Responsio Daniel. Rabebrochii ad exhibitionem errorum*, etc. Antwerp. 1696. part. I. art. 2. § 1. n. 14. art. 5. § 7. n. 12. art. 7. n. 19. etc., ubi thesis de *Ecclesia bicipiti* ab Arnaldo aliquis jansenianis introductam ut *hereticam*, rejicit, statuitque rationem capit pennis unum s. Petrum constare *catholicorum omnium consensus*.

Dum hic agem de primatu s. Petro divinitus collato, nullum mitem ostendam injec nonnullorum recentium ejusdem impugnatorum, Philaret e. g. metropolita Moscoviensis, qui plura refert ad eum impugnandum, et anonymi cuiusdam protestantis genevensis. Ille nimur in opuse cuit. *Dialogus inter dubitantem et persuasum de orthodoxia orientalis graco-russae ecclesie*. Petropoli 1829. pag. 129. seqq.; alter vero in *Dissert. Du pouvoir de saint Pierre dans l'Eglise*. Genève, 1853. Nihil porro isti proferunt, quod milles non fuerint contritum, atque etiam diffidetur his a nobis prolati ac dissoluti, praeoccupatum non sit. Ideo eos negligendos duxi cum preter impudentiam in affirmando, ac vesanas declamationes nihil habeant de suo. Professor si ecclimis gratia quis scribit furiosus iste protestans p. 19 « Eh ! la conscience et le sens moral tout seul, inquit, ne nous disaient-ils pas d'avance que des hommes convertis d'orgueil, d'avarice, d'adulterie, ne peuvent avoir reçu un privilège pareil ? Ne peuvent délier, étant eux-mêmes encore dans les liens de Satan ? Ne peuvent pardonner étant eux-mêmes encore sous la malédiction ? » Et ita passim plebeus hic scriptor loquitur in opusculo cit., quod sub oculis habeo. Accepit autem hoc ipsum opusculum denuo recensum ampliori forma fuisse anno 1840. sub tit. *Appel à la conscience de tous les catholiques romains, particulièrement adressé au Pape, sur le vrai sens du passage TU ES PIERRE*. Quae quidem editio furore ac impudicitia priorem longe excedit, atque veri auctoris sui non men preefert, nempe A. Bost evangeliici ministri. Lacescit porro hic auctor in limine ipso opusculi Gregorium XVI., Archiep. Tolosanum tanquam Galliarum primatent, viros doctos, ac membra quacumque romane Ecclesie. Adeo insane debaccatur stultus hic protestans !

(2) De *praescript.* cap. 22. necnon in lib. *de monogram.* cap. 8.

Origenes (1), Cyprianus (2), Firmilianus (*In epist. ad Cyprian.*), Hilarius (3), Basilius (*In cap. II. Isa.*), Ambrosius (*Serm. XLVIII.*), Epiphanius (*In Anchora*), Gregorius Nyssenus (*Orat. XXVI.*), Hieronymus (4), Augustinus (5) Cyrus Alex. (*Lib. II. super Joan. c. 1.*), Leo M. (6), Maximus Taurinensis (7), etc.

Secunda classis eos exhibet patres et scriptores ecclesiasticos, qui necessitatem adstrinxunt fidei Petri adhaerendi ut quis possit unitatem fidei servare, neque inter hereticos deputari; tales autem sunt ii omnes, qui exponunt eadem Christi verba : *Tu es Petrus et super hanc petram etc.* de fidei confessione a Petro edita, et praedicanda; quatuor nempe supra quadraginta quos idem Launois recenset (8). Etenim, ut in precedentibus prop. ostendimus, dum patres super fidei confessionem adedicataam a Christo Ecclesiam docent, non confessionem Petri in abstracto significant, sed in concreto, ita ut sensus sit, Christum adedicasse Ecclesiam suam supra Petrum confidentem ac praedicantem veram fidem. Quare, ut scite observat Ballerini (9), non unicunq; illius fidei articulum de Christi divinitate complectuntur, sed universam fidem quam Petrus predicare debebat, ac Petrus propterea non solum Ecclesiae *petra et fundamentum* a patribus dicitur, sed *petra fidei et fidei fundamentum*. Hinc merito Cassianus sic Petrum loquentem inducit : « Hic habes personam meam, ubi confessio nem meam » (10). Porro cum Petrus neminem adigere

(1) Hom. V. in Exod., in cap. 17. Matth. et lib. v. in epist. ad Rom. sitque apud Euseb. H. Ec. lib. VI. cap. 19.

(2) Epist. LXX. ad Januar. Quoniam vero Launois aliam lectioem secutus est, verba Cypriani alteram prout ea exhibent Pamphilus, Rigaltius, Balusius et cum ipso Maurinus editor. « Quando et baptismum unum sit, et Spiritus sanctus unus, et una Ecclesia a Christo Domino super petrum [Launois habet petram] origine unitatis et ratione fundata. » Sic etiam epist. LXIII. ad Jul:aj. « Nam Petro, inquit, primum Dominus, super quem edificavit Ecclesiam, et unde unitatis originem instituit et ostendit [que verba omisit Launois] potestatem istam dedit, ut id solveretur in celis, quod ille solvisset in terris. » Tum paulo post ibid. et in lib. *De unit. Eccles.* edit. Maur. pag. 194. « Loquitur Dominus ad Petrum : Ego dico tibi, etc... super illum unum; adedicat Ecclesiam suam et plura alia occurunt in eodem libro omissa a Launoio. »

(3) In cap. 16. Matth. atque in Psalm. 151.

(4) In cap. 16. Matth. et in epist. LVII. ad Damas. necnon in epist. ad Marcellam adver. Moatan.

(5) Lib. I. *retract.* cap. 21. ubi sic scribit : « Dixi in quadam loco de Apostolo Petro, quod in eo tantum in petra fundata sit Ecclesia, qui sensus etiam cantat ore multorum in versibus beatissimi Ambrosii, ubi de gallo gallinaceo ait : Hoc ipso petra Ecclesiae canente cuiuscum diluit. Sed scio me postea steppissime sic expouisse quod a Domino dictum est : Tu es Petrus et super hanc petram adi- cabo Ecclesiam meam (qua omnia verba omisit Launois) ut super hunc intelligeretur, quem confessus est Petrus dicens : Tu es Christus filius Dei vivi, ac si Petrus ob hoc petra appellatus, personam Ecclesiae figurans, que super hanc petram constituta, et acceptip claves regni colorum. Non enim dictum est illi : Tu es Petra, sed tu es Petrus. Petra enim erat Christus, quem confessus Simon, sicut eum tota Ecclesia confiteret, dictus est petrus [qua pariter omisit Launois]. Harum autem durarum sententiarum, que sit probabilior eligat lector. » Cf. edit. Maur. tom. I. pag. 52.

(6) Epist. LXXV. ad Leonem Augustini.

(7) Hom. I. in *Natali Petri et Pauli*.

(8) Epist. VII. ad Veillum, edit. Colon. Allobrog. tom. V. Par. II. pag. 106 seqq.

(9) Oper. cit. *De vi ac ratione primatus*, cap. 12. § 2. n. 47.

(10) Lib. III. *De incarn.* cap. 12. edit. Alardi Gazei. Paris. 1612. In Missali gothicis legitur : « Per hauc fidei petram basis Ecclesiae fixus est (Petrus).

posset ad unitatem fidei a se professae et praedicandae absque suprema auctoritate qua dissidentes cogere valeret, plane consequitur ex patrum mente illis verbis suisse Petro primatum jurisdictionis a Christo collatum (*Cf. Ballerini. loc. cit.*)

Tertia classis constituitur ex illis patrum testimoniis, qui rationem tradunt quare Christus in Petro instituit primatum, ad constituendam videlicet conservandamque utriusque, fidei et communionis, in Ecclesia unitatem. Tales sunt ii omnes, qui hanc tesseram adstrinxunt ad secerendnos a catholicis hereticos et schismaticos, qui nempe non tenent fidem et communionem cum cathedra Petri; ut Ireneus (1), Tertullianus (2), Cyprianus (3), Firmilianus (*In epist. ad Cyprian.*), Optatius (4), Pacianus (5), Eusebius Vercellensis (*In epist. Liberii ad eundem*), Gregorius Nazianenus (*In Carmine vita sue*), Ambrosius (6), conc. Aquileiense (7), Hieronymus (8), Augustinus (9) etc. Qui quamvis directe non semper loquuntur de Petro, sed de sede Petri, cum tamen non aliam ob causam, quam ex eo quod pontifices romani successores sunt s. Petri cui personalis ejusmodi prerogativa a Christo tributa fuerit primatus in universam Ecclesiam, talia praedicaverint, liquet omnimodum vim hujusmodi patrum testimonia habere, aquae ac si directe de Petri primatu loquerentur (10).

(1) Lib. III. *cont. heres.* cap. 5. « Maxime et antiquissime et omnibus cognitae a glorioissimis duobus apostolis Petro et Paulo Rome fundata et constituta ecclesia, eam quam habet ab Apostolo traditionem et annuntiatam hominibus fidem per successionem episcoporum venientem usque ad nos, indicantes, *confundimus omnes eos* qui quoquomodo vel per placitum malam, vel vanam gloriam, vel per exortationem et malam sententiam, praterquam operantur, colligunt. Ad hanc enim Ecclesiam propero potentiorem principaliatatem *necessa est* omnem convenire ecclesiam, hoc est eos, qui sumi undique fidetes, etc. » In qua verba Cf. qua egregie scribit D. Massuet Diss. 5. art. 4.

(2) *De praescript.* cap. 21. Cf. Chr. Lupum *schol.* in cap. 36. *De praescript.*

(3) Epist. LV. *De Natali ss. apost. Petri et Pauli*. Oim. edit. Rom. 1784. pag. 225, ubi : « Quantum igitur, inquit, meriti apud Deum suum Petrus erat, ut post novicula patra remunigium, *totius Ecclesiae gubernacula traduceretur*. »

(4) Epist. Y. ad Honorium. Dahmat. episc. in act. Concl. Labbei tom. IV. col. 1172.

(5) Ibid. col. 1503. « Non enim ignoras ejus ingenium, inquit orationes orientales, qui quotidie a sacro doctore tuo doce res oves Christi per totum habitabilem mundum creditas fib. pascere. »

(6) *Hist. apost.* lib. I. in *libr. patrum*, Colon. Agripp. tom. VI. P. II. pag. 2. col. 2. F.

(7) Hom. LIV. al. LV. in *Math.* ed. Maur. pag. 518. ibi scribit : « Pastorem (Ecclesiae futurae) i. sum constituit, sed illum (Jeremiam) uni genti, hunc autem (Petrum) in universo terrarum orbe ex quo inferit Filium, qui tam conluit Petro potestalem, esse consubstantialem Patri, et alibi sepe.

(8) Enarrat. in *Psalm.* 45. n. 40. ed. Maur. tom. I. col. 904.

(9) Serm. IV. edit. Ballerini. cap. 4. pag. 19. tum serm. III. *Assumpt. sua*, cap. 4. ib. p. 15 et ser. IV. *Assumpt. sua*, c. 2. ib. p. 16.

(10) Lib. V. epist. XX. ed. Maur. tom. II. pag. 748.

(11) De considerat. lib. II. cap. 8. ed. Maur. vol. I. pag. 428.

(12) In cap. 21. Joan. edit. Ven. 1731. tom. I. pag. 769.

(13) In cap. 6. ep. ad Rom. ed. Paris. 1572. pag. 551. col. 2. ibi haec leguntur : « Petro cum summa rerum de pascendis orbibus tradiceretur, et super ipsum, velut super terram (forte petram) fundaretur Ecclesia, nullius confessio virtutis alterius ab eo nisi caritas exigitur. »

(14) Locc. citt. His adde Cassianum. ed. Cl. pag. 936.

Quarta classis ex illis exsurgit patribus, qui verbi Christi Joan. XXI. de supra in universos apostolos, et universam Ecclesiam auctoritate interpretantur. Sane praelationem Petri super apostolos reliquos exinde colligunt s. Leo M. (1), s. Joan. Chrysostomus (2), Stephanus Dorensis (3), s. Eucherius (4), quibus omnibus praeiverat s. Cyprianus (*In lib. de unit. eccl. pag. 195*). Super universam Ecclesiam Petrum illis verbis suisse constitutum aperte docent Hilarius Diaconus (5), s. Maximus Taurin. (6), s. Gelasius (7), Ecclesia Orientalis universa in epistola ad Symmachum *patam* (8), Arator subdiaconus (9), s. Joan. Chrysostomus (10), s. Ambrosius (11), s. Leo M. (12), s. Gregorius Magnus (13), s. Bernardus (14), Theophylactus (15), quos omnes antecesis Origines (16).

Quinta classis componitur ex iis, qui absolute Petrum ea tribunt epitheta que nonnisi supra auctoritate predito competere possunt, uti cum vocant Petrum *caput, apostolorum principem, apostolorum verticem, et os apostolorum, primum mundi praesidem*, quales inter ceteros sunt Hieronymus (*Tom. II. ed. Vallars. p. 279*), Hilarius (*Edit. Veron. tom. I. col. 749. n. 7*), Chrysostomus (*Edit. Maur. tom. VII. p. 549*), Leo M. (17), aliisque passim; cum cum dicunt *primatum*

super discipulos habuisse, atque *apostolatus primatum* ut Augustinus (1), qui appellant *petram Ecclesie, petram infrangibilem, fundamentum, petram fidei, ut Origenes, Chrysostomus, etc.* (2), qui Petrum nuncupant *clavicularium celorum, vel clavigerum, caelijanitorem, clavem ad regnum, etc.* (3).

Sexta classis conflatur ex illis patribus qui Petrum semper in sede sua vivere et omnes docere veritatem querentes; qui Petrum per Leonem, Agathonem, aliosve Pontifices locutum esse affirmant, ut s. Petrus Chrysologus (4), patres concilii Chalcedonensis (*Act. Conc. Hard. tom. II. col. 306*), et patres concilii oecumenici VI. (*Ibid. tom. III. col. 1425*), quae fusius suo loco expendemus.

Septima demum ex iis conficitur qui extollunt romanam sedem veluti omnium maximam, ut ecclesiam principalem, ecclesiarum omnium matrem, ecclesiarum omnium matricem, principium et originem unitatis, etc. quae pariter paulo post ostendemus; quae quidem omnes hujus ecclesiae prærogativas patres ex eo colligunt, quod rom. pontifex sit s. Petri successor, qui propterea, ut consequens est, debuerunt necessario in Petro super omnes primatum honoris ac jurisdictionis agnoscere (5).

Ex his porro pleno alveo fluit totius antiquitatis perpetuus et constans traditionalis sensus circa primatum vere jurisdictionis Petro super apostolos, universamque Ecclesiam a Christo collatum. Si serio propterea, ut decet in re tanti momenti, profertur adversarii quibuscum agimus, re admittere ac venerari traditionem, fateantur necesse est hanc fidem veritatem quam universa Ecclesia nunquam non tenuit ac docuit (6).

DIFICULTATES. Obj. 1. Sanctorum patrum effatae quis aut principem, aut verticem, aut petram et fundamentum ecclesie, aut ceteris apostolis majorem ac potentiores, aliaque ejusmodi quibus illi Petrum celebrant, nihil penitus evincent. 2. Ejusmodi enim textus

Theophylactum, I. c., et ante hos s. Greg. Nazianz. qui in carmine vita sua vocat Petrum *Universi presidem*.

(1) Enarr. in Ps. 108. n. 1. et Tract. 121. in Joan. n. 5. col. 822.

(2) Cf. Theophilus Raynaudum in op. cit. *Corona aurea super capit rom. Pontificis*. Opp. tom. X. pag. 90. 91. seqq. ubi innumeris prope patrum et scriptorum ecclesiastic. testimonia concessis de ejusmodi titulis quibus s. Petri privilegia ratione ipsius primatus celebrantur, de quibus iterum paulo post.

(3) Ibid. pag. 25. Cf. etiam Benedict. Justinianum op. cit. Prolog. *De Apostolatu*, disp. I. cap. 10.

(4) In epist. ad Eutychen. inter epist. s. Leonis, edit. Ballerini. XXV. cap. 2. col. 779.

(5) Cf. Card. Gerdil. in op. *De Pontifici primatus auctoritate in Petri cathedra adversus Marsili Menandri extitentem errorem*, etc. O. p. edit. rom. tom. XV. ubi singulatum rom. pontificum a s. Sircio usque ad Leonem X. testimonio profert pro s. Petri primatu, in volum. autem XII. et XIII. legitima documenta profert a s. Petro usque ad Sircium.

(6) His addere potuimus de perpetua et constanti Ecclesie fide circa hunc articulum, argumentum deductum ex liturgiis omnibus orientalibus et occidentalibus, quas collegit Joseph Aloys. Assemanus in *codice liturgico Ecclesie universae in xv. libros distributo*. Volumen IX. in 4. Romae 1749. Verum de hoc iterum recurret sermo. Interim cf. Com. de Maistre in op. *Du Pape*, liv. I. ch. 9. 10.; necnon Mamachium Orig., etc. lib. IV. P. II. cap. 1. § 5. n. 8.

meram personalem s. Petro præminentiam inter apostolos asserunt; quo sensu jure vocatur *primus apostolorum, aut rhetorica etiam locutione dux, caput, summa, princeps, etc.* nuncupari potuit. 3. Cum præterea ex Scriptura ac traditionibus jam ostensum fuerit constitui *aequalitatem et supremam apostolorum omnium potestatem*, liquet omnes objectos textus exponi debere coherenter ad illum sensum. 4. Nec refert, quod objicitur ex s. Leone Rom. (Serm. III. de *Assumpt. sua*); notum siquidem est Leonem aliosque rom. pontifices interdum induci ad s. Petri privilegia plus quam par esset magnificanda ex desiderio extollendi sue particularis ecclesiae fundatorem. Haec autem amplificationes spectari merito possunt veluti private illorum episcoporum opiniones, minime vero uti catholicam traditionem præferentes. 5. Quae cum ita se habeant, possumus recte inferre *officiale s. Petri primatum* nulla posse ratione haberi uti articulum fidei, ac male omnino fundatum esse. 6. Quod vel ipsa Romanensem responsione conficitur: Tournelius enim, aliquie Romani ad textus Cypriani ceterorumque patrum quibus aequalitas assertur reliquorum apostolorum cum Petro, reponunt ceteros apostolos aequaliter quidem Petro fuisse quoad potestatem seu auctoritatem *intrinsecam et essentialiem Apostolatus*, quoad potestatem videlicet docendi ubique, administrandi sacramenta, pastores inaugurandi, etc.; minime vero fuisse pares quoad auctoritatem *extrinsecam et accidentalem*, et quoad modum ejusmodi potestatem exercendi. Jam vero ex hac responsione directe inferimus, nullum igitur primatum officii Petrum super ceteros apostolos habuisse; quoniam si prædictus Petrus a Christo fuissest *officiali jurisdictione* super apostolos sive seorsum sive collective sumptos, dum ipsi nulla potiebantur jurisdictione super illum, sive in alterutrum, *de facto* aliqua existisset *essentialis et intrinseca* differentia inter auctoritatem Petri, et auctoritatem apostolorum. Ast hoc a Romanis negatur. Ergo pares in potestate sive auctoritate apostoli omnes cum Petro fuerunt (*Ila rursum Palmer op. et 1. cit.*).

Resp. ad 1. N. Nam non alia de causa illis titulis patres certatim Petrum compellant, quam quod reipsa ceteri fuerit apostolis a Christo prefectus cum vera auctoritatis præminentia et jurisdictionis, ut constat ex allatis probationibus. Afferunt enim Christum Petro etiam apostolos subjecisse illis verbis: *Pasce agnos, pasce oves meas; totius mundi prefecturam commisisti, totius Ecclesie caput constituisse*, aliaque ejusmodi de Petro prædicant præ apostolis reliquis, quae in aequalem cadere non possunt; ex his porro munis divinitus uni Petro collatis vera ac germana vis illorum titulorum deprehenditur, quibus patres celebrant Petrum uti *Apostolorum principem, caput, coryphaeum, verticem, summam, primum omnium, reliquis majorem, potentiores, praesidem, pastorem, etc.* (1). Accedit non ex solis istiusmodi effatis

(1) Evidet enim aliud quam super ceteros auctoritatem commendare in Petro voluit s. Joan. Chrysostomus illis

nos collegisse sensum traditionalem circa Petri primatum; haec enim non nisi ad unicam classem speiant; jam vero nos septem enumeravimus, quae simul uniantur ineluctabile prorsus robur accipiunt, quod nullis machinis concurti potest.

Ad 2. D. Ejusmodi textus meram personalem s. Petro præminentiam inter apostolos asserunt, quatenus præminentia ex primatu proveniens unus Petri est, nec reliquis communis, C. quatenus præminentia proveniens sit ex solis personalibus Petri dotibus, indole, ingenio, zelo, etc. N. Itaque tota difficultas oritur ex aequivocatione vocis *personalis seu individualis*, qua vel significari queunt private ac proprie animi dotes et qualitates alicuius; vel significari potest munus, privilegium, auctoritas, quae ita alicui tributa sit ut sit alius incomunicabilis, atque illius omnino propria. Si hoc posteriori accipiatur *sensu personalis Petri præminentia*, verissimum est, nosque ipsi haec usi voce sumus ad secernendam dignitatem et auctoritatem primatus a Christo uni Petro collatam ab illa ceterorum apostolorum. Quod si eadem vox in priori significatione usurpetur, assertio est falsa; quia cum Christus juxta doctrinam patrum instituerit primatum in bonum Ecclesie, nempe ad eius unitatem constituendam et conservandam, evidens est patres illis titulis noluisse significare proprias ac individuales Petri personæ dotes quae cum ipso perire debeant (1). Quapropter nunquam hoc sensu ipsi potuerunt vocare Petrum *ducem, caput, summi-*

*veribus, que habet in Hom. III. in Act. Apost. n. 3. « Primus auctoritatem habet in negotio, ut cui omnes commissi fuissent. Huic enim Christus dixerat: et tu aliquando conversus confirma fratres tuos? ». Ex quibus patet ipsum loqui de Apostolis qui Petro commissi erant, seu ut majori dicitur in gr. texu: *nārē tēp̄p̄tōtōs omnes habens in manu*, seu in sua potestate. Quid etiam aliud sibi volunt verba Stephani Dorensis episcopi, dum loc. cit. scribit: « Pasce primus jesus est oves catholicae Ecclesie, quum Dominus dicit: Petre, amas me? Pasce oves meas. Et iterum ipse præcipue, et specialiter firmat præ omnibus habens in Dominum Deum nostrum, et immutabilem fidem, convertere aliquando, et confirmare exagitatos consortes suos, et spiritales meruit fratres, utpote dispensative super omnes ab ipso, qui propter nos incarnatus est, potestatem accipiens et sacerdotalem auctoritatem? » Sic patres reliqui loquuntur in loc. cit. quae per se quisque recolere poterit.*

(1) Hec est potissimum ratio quare Dupinus, qui, ut vidimus, quamvis videatur agnoscere in Petro primatum jurisdictionis, reipsa tamen cum redigit ad primatum meri ordinis, seu honoris; hinc ipse subdole ad evincendum primatum Petri respulit probationes que ex Math. XVI. et Joan. XXI. eruntur, et solum illum colligit ex eo quod Petrus primus semper sit habitus, atque a Christo decretus, et quod necesse sit, ut ait Diss. 4. cap. 1. § 1. « Aliquem primum inter plures esse; primus res est, que unius tantum convenit, nec alteri potest communicari. » Eadem ratione se gessit Launois. Cf. Gerdilium in opus. *Analisis contra Launojo*. Opp. ed. Rom. tom. XIII. Idem senserat M. Ant. de Dominis, lib. I. de *rep. cap. 4*.

Ceterum auctoritatem veri nominis, seu jurisdictionis necessariam esse ad unitatem constituantem et conservandam vel ipsi Petri primatus adversari fassi sunt: sane Mainbourg in op. gallice inscripto: *De l'établissement et des prérogatives de l'église de Rome, et des évêques*. Paris, 1683. ch. 4. pag. 57. seqq. « Je dirai seulement, scribit, ce dont tous les catholiques conviennent, que Jésus-Christ choisit saint Pierre entre tous ses apôtres pour lui donner non-seulement la primauté d'ordre, d'honneur et de rang, en lui donnant le premier lieu, comme à celui qui est le premier entre ses égaux, et en ces dons, ces pouvoirs et ces grâces, qui sont inseparables et de l'apostolat et de l'épiscopat; mais aussi la primauté de jurisdiction, de

tatem, etc.; rhetorica licet locutione, ut adversario etiam hoc detur (1).

Ad 3. D. Videlicet, natus est adversarius ostendere, quod nemo catholicorum negavit, aequalitatem et supremam apostolorum omnium potestatem in nomine apostolico, C. ostendit re ipsa apostolos omnes aequales fuisse Petro sub omni respectu et absolute, seu per exclusionem primatus uni Petro collati N. Hoc enim primatu sublato, textus illi nullum amplius sensum habereunt, imo essent sibi plane contradictori (2).

Ad 4. N. Dupli enim ratione peccat adversarii assumptio; tum in eo quod autem rom. pontifices cum veritatis dispendio voluisse s. Petri prærogativas ut sese extollerent magnificare, quod absque gravitate sanctorum virorum qui ab ætate apostolica ad nos usque floruerunt, injury nec suspicari possumus (5); tum in eo quod supponat solos esse rom. pontifices, qui Petro a Christo tributum primatum super ceteros apostolos affirment, quod alienum prorsus a veritate est, ut ex allatis probationibus elucescat. Patet proinde non posse spectari illorum summorum pontificum locutiones ut privatam opinionem præferentes, sed eas vere representare, ut verbis adversarii utatur, traditionem catholicam (4).

Ad 5. D. Si Ecclesia Petri primatum non proponeret credendum ut articulum fidei, Tr. vel C. Si Ecclesia tanquam fidei articulum, illum credendum proponit N. Atque hic obiter animadvertisimus ad-

puissance et d'autorité sur tous les fidèles dans toute l'Eglise, dont il le constitua le chef. » Sic Nicole. *Instruct. 10. sur le symbole*, § 10. « La tradition, inquit, nous apprend que Dieu, pour conserver son Eglise en unité à établir une chaire et autorité supérieure pour veiller à la maintenir, qui est celle de l'Eglise de Rome, etc. » Alia inferioris subiectum testimonio.

(1) Quando adversarii luculentissimis patrum testimoniosis a catholicis premuntur, quae eludere non possunt, tanquam ad communem locum configurare consueverunt ad rhetoricas figuris, amplificationes, locutiones, etc. Ad hoc ipsum effigium Palmer secepit.

(2) Cf. Benedict. Justinianum op. et loc. cit. *De apostolato*.

(3) Apposite ad rem nostram scribit Bossuetius in *defens. cleri gallicani*, lib. X. cap. 6. « Audio quid dicant: Romanis pontificibus, sedis sua dignitatem commendantibus, in propria videlicet causa non esse credendum. Sed absit: pars enim iure dixerint, ne episcopis quidem, aut presbyteris esse adhibendam fidem, cum sacerdotii sui honore predicant; quod contra est. Nam quibus Deus singulariter honoris dignitatisque prærogativam contulit, eisdem inspirat verum de sua potestate sensum; ut ea in Domino, cum res poposcerit, libere et confidenter utantur, statque illud quod ait Paulus: *aceperimus spiritum qui ex Deo est, ut sciamus quia a Deo donata sunt nobis*. Quod quidem hic semel dicere placuit, ut temerari ac pessimum responseum configurarem; proflueorque me de Sedi Apostolicae maiestate, romanorum pontificum doctrinæ et traditioni creditur: quanquam eorum sedem non ipsi magis, quam reliqui, ac tota Ecclesia, atque orientales haud minus quam occidentales prædicant. Id sequentia declarabunt. » Ed. Versailles, opp. tom. XXXIX.

(4) Verba s. Leonis M. ex Serm. 3. *De Assump. sua*: que adversarii nostri oculos nimis perstringunt sunt haec: « Et tamen de todo mundo unus Petrus eligitur, qui et universarum gentium vocationi, et omnibus apostolis, cuiusque Ecclesie patribus proponatur: ut quanvis in populo Dei multi sacerdotes sint, multique pastores; omnes tamen proprie regat Petrus quos principaliter regit et Christus. » In ed. Baller. Serm. 4. cap. 2. col. 16. Certe hac evertunt totum Palmerii oxoniensemque ceterorum novum systema.